



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De odore aromatico in pascha, cap. 34.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

CAPVT XXXIV.

Sacerdos quidam de domo nostra, sicut ipse mihi retulit, cum anno præterito in sacratissima nocte paschæ staret ad matutinas, finito duodecimo re-sponsorio, & Hymno, Te Deum laudamus, incœpto, tantam circa se sensit fragrantiam aromatum, & per tatem moram, ut miraretur quid esset, vel unde esset, cui cogitationes suæ dicebant: Non est aliunde odor iste aromaticus, nisi ex præsentia sanctorum mulierū, de quibus tota nocte cantatum est; Quia venerunt *Marc. 16* cum aromatibus, ut vngarent IESVM.

CAPVT XXXV.

APOLLONIVS:

CVM resurrectio passione dignior sit, quid est quod tantæ reuelationes habentur de illa, & tam paucæ de ista? CÆSAR. vs: Primò hoc adscribendum est humilitati Christi, ne videatur iactanter manifestare ea, quæ egit gloriose, & supprimere illa, quæ pertulit ignominiose. Deinde quod nullum est sacramentorum, quod tam efficax sit diuini amoris incentium, quomodo opprobria passionis. Apostolus dicit se nihil scire, nisi IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum: ergo Christi passio, eius fuit lectio. O quantum legere desiderabat Job in libro possionis Christi, quando dicebat: Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat omnipotens: & liberū scribat ipse qui iudicat: ut in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi? Liber vitæ CHRISTVS est, secundū Ioannē septē signaculis signatus, in quo, ut ait Paulus, est salus, vita, & resurrectio nostra, quæ Apostoli cū magna gloria miraculorum, quasi coronam, portauerunt per vniuersum mundum; quæ cū primò obtulissent scienti literas, id est Iudeo, & respuisset illum tanquam signatum, obtulerunt illum nescienti literas, scilicet gentili, & cū illum intelligere non posset, exposuerunt ei, sicut Philippus Eunicho. Librum hunc CHRISTVS ipse scripsit, quia propria voluntate passus est: in pelle. Quidem corporis eius scriptæ erant literæ minores

H h s & ni-

*Cur pen
la siant
re uelatis
nes de
Christi
resurre
zione.*

1. Cor. 2.

Apol. 5.

Actor. 8.